


IUSTI LIPSI  
PHYSIOLOGIÆ  
STOICORVM  
LIBRI TRES:

L. ANNAEO SENECAE, aliisque  
scriptoribus illustrandis.



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Ioannem Moretum.

M. DC. IV.

*Cum Privilegiis Casaræ ac Regiæ.*

AD ILL<sup>MVM</sup> ET EXCELL<sup>MVM</sup>  
PRINCIPEM

D. PETRVM ENRIQUEZ  
COMITEM FONTANVM,  
GVBERNATOREM DVCATVS  
MEDIOLANENSIS.



QVOD iamdiu destino, &  
debeo facere, vt publicè  
monumentum aliquod  
gratitudinis meæ in te ex-  
stet, id nunc, cum bono  
Deo, efficiendi occasio nata videbatur.  
Edebam ista ad ANNAEI SENECAE  
lucem: scriptoris, qui Hispaniam ve-  
stram ingenio, si quisquam veterum,  
& salutaribus scriptis illustravit: ac vi-  
debar iure ad Hispanum item Princi-  
pem iturus. præsertim eum, qui virtu-  
tem & generosum illud Honestum a-  
maret: quod Seneca scriptis suis vnice  
homi-

1

I. L L I P S I  
P H Y S I O L O G I Æ  
S T O I C O R V M  
L I B R I P R I M I

D I S S E R T A T I O P R I M A.

*Aditus in sermonem. aliquid de ordine in docendâ Philosophiâ, iuxta Stoicos. Placere quibusdam, & nobis, à Physicis ordiri.*

**M**ANVDUCTIO tua nuper me AD STOICAM PHILOSOPHIAM duxit: non dū in ipsam, & in aditu ac vestibulo videor hære. Lustro animi oculis sublime, pulchrum, ædificium: ecquid inducis, & interiora illa das usurpare? LIP S. Pænè æquum petis: in viâ posui, & iure perducam. Sed & otium nunc ac feriæ: quas vbi melius viliusque, quàm in hoc studio ac meditatione, tecum ponam? Aristotelem memini scribere: *Ἀνδρείας ἢ καὶ καρτερίας δεῖν πρὸς τὴν ἀσχολίαν, φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολίαν: fortitudine & tolerantia in negotio opus esse, Philosophiâ in otio.* Pulcherrimè. vbi res & opus, exferenda sunt quæ Philosophia docuit, & robur animi ostendendum: vbi quies & cessatio, illa usurpanda, & præceptis eius parandi atque instruendi velut ad aciem sumus. Sed tu ecquid vacuus, & auidus? AVD. Vacuus? vasculum vides inane, & optimi liquoris tamen capax. Auidus? vix somnus mihi quietus, ita turbat hoc desiderium & cupidò. Gratificare, exple, & siste. LIP S. Sede, & sedabo hanc sitim: pro meâ quidem copiâ, & captu. Nam ardua, sed ita me Deus, pulchra, splendida, augusta aggredimur: quæ autem? cum Lucretio, *Ἄλλοι δὲ τὴν ἀσπίδα πρὸς τὴν ἀσπίδα*  
*Fam tibi de summa CAELI RATIONE, DEVMQVE*  
*Differere incipiam, & RERVM PRIMORDIA pandam.*

Hæc enim Philosophia, & præsertim Physiologia, promittit.

ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
APVD IOANNEM MORETVM.

M. DC. III.

Indus Lipsus

